



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 88. Pontificis diploma hac super re ad Henricum Angliae Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

## §. LXXXVIII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1512.*Pontificis diploma hac super re ad Hen-  
ricum Angliæ Regem.*

Nec segnius erat Ferdinandi Regis stu-  
dium, quo Henricum ad bellum  
Gallis nunciandum incitabat, exponens,  
quod Ecclesiæ salus bellum depoiceret,  
proin jungendæ sint vires, ut Sedis Apo-  
stolicæ auctoritas defenderetur, totoque  
conatu in id incumbendum, ut Pisano-  
rum Conciliabulum dissiparetur; præte-  
rea Rex Catholicus Henrico spem fece-  
rat, fore, ut occasionis hujus opportu-  
nitate Aquitanniam, quam Galli Angliæ  
Regibus Prædecessoribus suis eripuissent,  
facile recuperaturus esset. Tam amplæ  
Provinciæ spes non modo proficia, sed *Marian. lib.*  
etiam regni auspiciis adeo gloria vide-  
batur, ut Henricus haud cunctanter fœ-  
deri a Papa, Ferdinando, Venetisque  
sancito nomen daret: Hæc igitur genui-  
na fuit ratio, quæ Anglos ad violandam  
pacem nuper cum Gallis initam impelle-  
bat. Ceterum Henricus durante Sena-  
tus sui Sessione literas accepit, quibus  
Papa, ut Regem ad bellum adversus  
Franciam strenue urgendum animaret,  
cunctis ejus subditis aut per se, aut per  
sua bona opem laturis plenam poenarum  
condonationem indulxit.

## §. LXXXIX.

30. n. 31.

*Raynald. ad*  
*an. 1512.*  
*num. 90.*